

u prône de
et autres où
ans les com-
ne après sa

u de l'archi-
e, le vingt-
re-vingt six.

QUÉBEC.

ur,

ois, Ptre,
Secrétaire.

INSTRUCTIO

Ad clerum Quebecensem circa jubileum anni 1886.

I. PAROCHI.

1o. Optat Summus Pontifex ut piis concionibus ad vulgi captum accommodatis multitudinem erudiant sacerdotes lecti, maximeque ad pœnitentiam cohortentur, ad Tertiï ordinis S. Francisci propagationem et præsertim ad devotionem Rosarii Marialis promovendam.

2o. Fiant igitur, quantum possibile erit, in singulis parochiis, spiritualia exercitia trium saltem dierum. Permittimus ut in dictis diebus exponatur Sanctissimum Sacramentum semel in die, hora convenienti et detur benedictio.

II. QUID POSSINT CONFESSARII.

Quilibet sacerdos approbatus in hac diœcesi, potest in tota diœcesi, semel tantum unumquemque pœnitentem et in foro conscientie tantum, in favorem fidelium qui ad sacrum tribunal accedant cum serio et sincero proposito lucrandi jubileum, et reliqua ad id lucrandum necessaria opera adimplendi, exercere sequentes facultates, imposita salutari pœnitentia et iniunctis de jure injungendis:

1o. Absolvere ad omnibus excommunicationibus, suspensionibus et aliis ecclesiasticis sententiis et censuris, a jure vel ab homine quavis de causa latis seu inflictis,